UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Oratio Panegyrica Habita In Sacra Aede B. Mariae Aspricollensis Ipso Festo Assumptionis ejusdem Die

Venne, Franziskus vanden

Mechliniae, 1663

Exemplvm Litterarvm Ad Praenobilem Et Ampl[i]ss[imu]m Virvm D. Gvilielmvm De Blitterswyck Conc: Sup: Mechlin: Senatorem &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12159

Visual Library

EXEMPLUM LITTERARUM
AD
PRÆNOBILEM ET AMPL.ssm VIRUM
D. GUILIELMUM DE BLITTERSWYCK
Conc: Sup: Mechlin: Senatorem &c.

MONS MARIA

AMPLISSIME ET AMICISSIME VIR

E*Cce occurrit inter ſacros vates* Iſaias, c. 2. v. 2. *qui digito veluti in hunc Tapetem intento & montes, & montem reliquis ſuperimpoſitum velut inſignem Excellentiſſimæ Virginis Imaginem commonſtrat: hunc in modum pronuntians*: Et erit in noviſſimis diebus Præparatus Mons Domus Domini in vertice Montium. *Nùm clarius aut dilucidius quìdquàm efferre poterat? ne quidem ſi vel ſtudio fuiſſet adhibitus, qui ſuum Periſtromati titulum aut inſcriptionem præfigeret. Vati accinit ſummus Eccleſiæ præſul Gregorius divino, ut ſolet, afflatus ſpiritu.* In lib. 1 Reg. c. 1. Fuit vir unus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim. Poteſt hujus Montis nomine Beatiſſima ſemper Virgo Maria, Dei Genitrix deſignari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis ſuæ dignitate tranſcendit. An non Mons ſublimis Maria, quæ ut ad conceptionem Æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum choros, uſque ad ſolium Deitatis erexit? Hujus enim Montis præcellentiſſimam dignitatem

tatem Iſaias vaticinans ait: erit in noviſſimis diebus &c. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo MARIÆ ſupra omnes Sanctos refulſit. *An non igitur hæc tantorum Virorum verba ſufficientem facem nobis præferent? demus igitur Sacrum Vatem ſex* Montes *Pontificios ſuperimpoſito ſeptimo Aſpri-Collenſi, unà cum Virgine ſacratiſſima contemplantem, ac ſeſe ipſum hunc in modum explicantem:*

En ſic adeſt Maria præparatus Mons Domus Domini in Vertice Montium.

An non obſtupeſcemus, non ſine arcano prorſus & prodigioſo myſterio, iiſdem ex elementis educi ipſiſſimum Malachiæ vaticinium unà cum evidenti ejuſdem explicatione?

ANAGRAMMA.

Montium Cuſtos, aſſervans Montem Domini in pura mediatrice Deipara.

vtrobique enim reperiuntur,

A. C. D. E. I. M. N. O. P. R. S. T. V.
6. 2. 3. 5. 7. 6. 5. 4. 2. 4. 5. 4. 4.

qui numerus in unum collectus efficit Septenarium ejus anni quem Sua Sanctitas *agebat dum eligereur in* Supremum Montium Cuſtodem *nempe* 57.*um*